


ICONES FOSSILIUM SECTILES.

by Charles Koenig.

CENTURIA PRIMA.

MAGNAM ex corporum quondam organicorum jam vero FOSSILIUM cognitione utilitatem capere Geologiam ad telluris stratorum naturam ætatesque rite intelligendas atque dignoscendas, inter omnes quorum de his rebus judicium est satis constat. Absoluta vero harum reliquiarum cognitio ex meris descriptionibus, etiamsi bonæ sint atque uberrimæ, vix ac ne vix quidem comparari potest. Quamobrem maximas scientia gratias debet viris egregiis, Brocchio, Brongniarto, Knorrio, Lamarckio, Parkinsono, Schlothemio, Sowerbæis, Sternbergio aliisque, ob navatam figuris accuratioribus evulgandis operam. Neque negandum tamen, in tanta supellectilis abundantia, Promptuarium, omnium quantum poterit specierum figuris condendis dicatum, vehementer adhuc desiderari. Quæ cum ita sint, non perperam facturi nobis videmur si tali operi manus admovere conabimur. Etenim multæ fossilium icones in libris extant quibus potiri non cuique facile est, nec deficiunt species figuris omnino carentes. Ex quorum alteris eas, quæ ad unguem depictæ censebuntur, nova hic luce donare, alteras vero ad naturam ipsam delineandas curare, constitutum habemus. Quæ vero paucula de instituti ratione exponenda videntur hæc sunt. Icones rudi quidem sed satis exacto calamo, lithographice (ut dicunt) delineatas, in tabulis confertim et nullo ordine ita tamen collocatas invenies, ut, per lineas longitudinales transversalesque descriptæ, distinctæ omnes appareant: hinc illas (quod in titulo exprimere tentavimus) disseces, separatasque in ordines atque genera disponas, licebit. Quas vero, in operis decursu, hinc illincque minus accuratas deprehenderis figuras (quod quo longius progredimur eo rarius futurum spes est) easdem, curis secundis subjectas, et quidem gratuito suppeditare non gravabimur.

De tabulis hactenus: ad explicationem vero earum quod attinet, tantum adjiciemus quantum vel ad nova genera designanda, vel ad nominum mutandorum caussas exponendas, vel ad loca specierum natalia indicanda, necessarium videbitur; reservatis ceteris in aliud opus ad quod materiem jam colligimus, quodque, si tempus vacat, futuro die in lucem emittere propositum habemus.—Cuilibet animalium generi additus est locus quem tenet in methodo qua in opere cui titulus "*Regne animal*" usus est Illustris Cuvier, appositis notis ad distinguendas divisiones; sic IXÆ nomen (fig. 24.) excipit phrasis—*Articulata. Crustacea: decapoda; brachyura, Canceres*—ubi punctum indicat *sectionem primariam*, colon *classem*, semicolon *ordinem*, comma *familiam*; quinto divisionis membro, *tribu* scilicet, absque nota relicto.—Quod reliquum est lectores instituto nostro faventes rogatos volumus, ut figuras aut observationes si quas habeant communicandas, mandare velint ad GEORGIUM B. SOWERBY *, illas lubenter recepturum.

* Londini in vico Regent Street.

---

*LEUCOPHTHALMUS, nob. (*Mollusca. Acephala: nuda; Ascidiæ,*)

Corpus globosum, coriaceum, pedicellatum. Aperturæ duæ pentagonæ, 5-radiatæ.

Quamquam mollusci structura interior in statu lapideo distingui nequeat, satis superque tamen hoc genus a cognato, BOLTONIA, differre videtur aperturis 5-radiatis, ut alias jam taceamus externæ structuræ differentias.

Nomen LEUCOPHTHALMI, quo usi sunt veteres ad notandum lapidem nec Plinio nec nostræ ætatis scriptoribus satis cognitum, sed inter sexcentas forte Achatis varietates quærendum, ad scientiam revocare novoque huic generi imponere non hæsitavimus.

Fig. 1. LEUCOPHTHALMUS *Strangwaysii*. n.

Ex calcario argillaceo ripæ occidentalis Ligovcæ, in territorio Petropolitano, propter locum Crasnoi-Celo dictum. (Videsis egregiam illius territorii descriptionem geognosticam ab Honorabili Thoma H. F. Strangways datam in *Act. Soc. Geol. Vol. V.*)

Substantia: calx carbonata, sæpius crystallina.

a. Fragmentum majoris sed minus perfecti exemplaris, aperturam tamen alteram (branchialem?) distincte exponens.
b. Corpus solitæ magnitudinis, exhibens aperturam branchialem et intestinalem.
c. Apertura quinque-radiata, mag. aucta.
d. e. Cicatricula pro stipitis insertione.
f. g. Figuræ exhibentes compagem crystallorum, a peripheria ad centrum vergentium, ex quibus corpora sæpius conflata sunt.
h. i. Crystalli duæ segregatæ.

*LUCINA, Brug. (*Mollusca. Acephala: testacea; Cardia,*)

Fig. 2. LUCINA *concentrica* Lam.

Ex calcario cerithico atque argilla formationis marinæ inferioris, ad Grignon prope Parisios.

*HYDNOPHORA, Fisch. (*Zoophyta. Polypi; corticati,*)

Hoc genus, a Fischero primo evulgatum, idem est ac MONTICULARIA Lamarckii.

Fig. 3. HYDNOPHORA *Cuverii*. (MONTICULARIA *Cuvieri* Lam.)

Hab. in calcario ad fluvium Ratofka in territorio Moscuensi: et in illo Montis S. Petri prope Trajectum ad Mosam.

TEREBRA, Brug. (*Mollusca. Gasteropoda: pectinibranchia;*)

Fig. 4. TEREBRA *scalarina* Lam.

Fig. 5. TEREBRA *plicatula* Lam.

Hab. ambæ prope Parisios (ut supra ad fig. 2.).

*ASPIDISCUS, n. (*Polypi; corticati, Lithophyta*)

Polyparium orbiculare, superne convexum, cristis crenulatis, inæqualibus, decussantibus s. a peripheria ad centrum vergentibus munitum; inferne planum, striis circularibus concentricis notatum.

Fig. 6. ASPIDISCUS *Shavvii*. n. (CYCLOLITES *cristatus* Lam.?)

Nomen genericum a forma, specificum dedimus in honorem peregrinatoris celeberrimi, Thomæ Shaw, qui, quo tempore a sacris erat consulibus Anglicis apud Algerinos, exemplaria Madreporæ hujus in agro Tingitano collecta (nunc vero in Museo Britannico asservata) ad Illustrem Sloanium perferenda curavit.

*ARCA, Lin. Lam. (*Mollusca. Acephala: testacea; Arcæ.*)

Fig. 7. ARCA *diluvii* Lam. *Var.* testa equivalvi.

Ex agro Taurinensi.

*RANINA Lam. (*Articulata. Crustacea: decapoda; brachyura,*)

Fig. 8. RANINA *Aldrovandi*, Ranzani. (Sepites, *Aldrov. Mus.*)

Ex agro Bononiensi.

*CONUS, Linn. (*Mollusca. Gasteropoda: pectinibranchia; Buccina,*)

Fig. 9. CONUS *antediluvianus* Brug.

Ex calcario cerithico prope Courtagnon, &c. Galliæ.

*OSTREA, Linn. Brug. (*Mollusca. Acephala: testacea; Ostreæ.*)

Fig. 10. OSTREA *angustivalvis*. n.

In calcario tertiario arenoso Montis S. Petri prope Trajectum ad Mosam.

Citat Lamarckius figuram Knorrii (quæ eadem est cum nostra) pro OSTREA sua *doridella*: sed perperam.

*HYDNOPHORA (*Ordo* ut supra *3.).

Fig. 11. HYDNOPHORA *Mollii* Fisch. (MONTICULARIA *Mollii* Lam.)

Hab. in calcario transitionis prope Zvenigorod, Territorii Moscuensis.

Fig. 12. HYDNOPHORA *Esperi* Fisch. (MONTICULARIA *Esperi* Lam.)

Esperi exemplar allatum est ab agro Bibracensi in Regno Wurtembergico; Fischerus vero prope Moscuam invenit hanc speciem in pyromachum commutatam.

*TEREBRATULA, Brng. (*Mollusca. Brachyopoda:*)

Testa inæquivalvis, valvis simplicibus aut plicatis aut lobatis, valva altera superne producta in rostrum apice perforatum emarginatum vel subcanaliculatum.

Rostri foramen interdum deesse videtur, oculorum aciem effugiens. Cardo, plus minus bidens, in speciebus fossilibus (numerosissimæ vero sunt Terebratulæ fossiles) raro sub adspectum cadit, multoque rarius reperiuntur processus illi arcuati, spirales, aut varie convoluti, a quibus notas pro generibus formandis depromere nonnullis visum est. Quamobrem non forte errabimus si, consultis solummodo differentiis externis, species omnes in tria diduxerimus genera: Terebratulam puta, Trigonotretam et Trigonosemum (videsis infra obss. ad figg. 70 et 73.).

Fig. 13. TEREBRATULA *umbraculum* Schloth.

Ex calcario transitionis Eiffeliæ montium, in Ducatu Rheni Superioris.

*RANINA (*Ordo* ut supra *8.).

Fig. 14. RANINA *Maresiana*. n.

Raninâ Aldrovandi minorem et arcuum crenulatorum dispositione satis distinctam hanc speciem appellavi in honorem Cel. Desmarest, qui primus eam sub nomine RAMIPEDIS *sulcati* optime descripsit in Vol. 8. operis cui titulus *Nouveau Dictionnaire d'Hist. Naturelle.*

*FUSUS, Brng. (*Gasteropoda: pectinibranchia; Buccina,*)

Fig. 15. FUSUS *clavatus*. (MUREX *clavatus* Brocchi.)

Ex formatione sabuloso-margosa collium subapenninorum, in territorio Placentino.

Fig. 16. FUSUS *deformis*. (MUREX *deformis* Sol. FUSUS *clavellatus* Lam.)

Ex calcario prope Grignon (ut supra ad fig. 2.) et in argilla cœrulescente comitatus Hantoniensis.

*LIBELLULA, Linn. Fabr. (*Articulata. Insecta: neuroptera; subulicornes,*)

Fig. 17. LIBELLULA *Œningensis*. n. (larva.)

Impressiones admodum distinctæ in calcario fissili lapicidinarum Œningensium ad Rhenum, prope lacum Bodamicum, in territorio Scaphusino.

*ARCA (*Ordo* ut supra *7.).

Fig. 18. ARCA *biangula* Lam.

Prope Grignon ut supra ad fig. 2.

*MODIOLA, Lam. (*Mollusca. Acephala: testacea; Mityli,*)

Fig. 19. MODIOLA *subcarinata* Lam.

Hab. cum antecedente.

*PAGURUS, Fabr. (*Crustacea: decapoda; macroura,*)

Fig. 20. PAGURUS *Faujasii* Desm. CANCER *Arcticus* Schloth.

Hab. in calcario arenoso Montis S. Petri prope Trajectum ad Mosam, ubi vero pedes cum chelis solummodo reperiuntur.

CYPRÆA, Linn. (*Mollusca. Gasteropoda: pectinibranchia; Buccina,*)

Fig. 21. CYPRÆA *tumidula*. n.

Ex Italia Septentrionali.

Distincta videtur labio dextro superne dilatato-concavo.

Fig. 22. CYPRÆA *porcellus* Brocchi.

In collibus Placentinis ut supra ad fig. 14.

*LAMPETIA, nob. [PHAETHUSA, in tabula.] (*Dicotyledoneæ: Terebintaceæ?*)

Capsula bivalvis, valvæ marginibus incrassatis, septiferæ: dissepimenta medio valvarum adnata, superne emarginata.

Cum sero intellexerimus, PHAETHUSÆ nomen, in tabula (fig. 23.) usurpatum, generi ex Compositarum ordine jam inditum esse, alterum alterius Heliadum nomen in ejus locum hîc substituimus. Huic generi species subjecta est unica:

Fig. 23. LAMPETIA *lacrymabunda*. n.

Inveniuntur fructus cum ligno in marga arenosa et limosa alluvio comportata, in Prussiæ ora maritima, præcipue in litore Sudavico, ubi succinum (electrum) effoditur, quod ex hoc arbore defluxisse extra omnem dubitationis aleam positum videtur.

a. Capsulæ valva dorso spectata.
b. Ejusdem latus internum.
c. Ligni frustum structuram vegetabilibus dicotyledoneis propriam exhibens.

*IXA, Leach. (*Articulata. Crustacea: decapoda; brachyura, Canceres*)

Fig. 24. IXA *tuberculata*. n.

Ex Tranquebaria. Invenitur in argilla (ut videtur) cœrulescente.
Nomen speciei differentiam indicat.

*PORTUNUS, Fabric. (*Crustacea: decapoda; brachyura, Canceres*)

Fig. 25. PORTUNUS *Hericartii* Desm.

Hab. in arenario formationis marinæ superioris, ad locum Etrepilly dictum, prope Meldas, Galliæ.

*OPHIURA, Lam. (*Zoophyta. Echinodermata: pedicellata;*)

Fig. 26. OPHIURA *Libanotica*. n.

Hab. in calcario fissili piscium exuviis repleto Montis Libani, cujus saxi fragmenta Museo Britannico oblata sunt ab Honorabili Domina Esther Stanhope.

*EURYALE, Lam. (*Ejusdem ordinis cum antecedente.*)

Fig. 27. EURYALE *Bajeri*. n.

Nomen fert hæc species Johannis Jacobi Bajeri, primi illius descriptoris.

*LIMULUS, Fabric. (*Crustacea: branchiopoda;*)

Fig. 28. LIMULUS *Walchii* Desm.

Hab. in calcario fissili prope Solenhofen, in Regno Wurtembergico.

Magna duo et integerrima exemplaria (quæ spatii parcendi studio conjunctim delineata exhibemus) non sine admiratione videntur penes D. Carolum Stokes.

Fig. *major* dorsum crustacei, *minor* vero partem inferiorem exponit, ubi lateris sinistri pedes cum chelis in conspectum cadunt.

*PENTACRINUS, Auctor. (*Zoophyta. Echinodermata: pedicellata;* CRINOIDEA. Mill.)

Fig. 29. PENTACRINUS *Hiemeri*. n.

De hac specie omnium primus disseruit Hiemerus in commentatione cui titulus "Caput Medusæ novum diluvii universalis monumentum", ubi vero pictor, portentosi quàm veri amantior, reticulatam quandam vel clathratam compagem effinxit; quo deceptus Cel. Parkinson, de Crinoideorum ordine alioquin præclare meritus, huic Pentacrino *anastomozantis* nomen perperam imposuit. Stipes vero (ut cum botanicis loquar) stoloniferus esse videtur.

*JUGLANS, Linn. (*Monocotyledones polypetalæ: Terebintaceæ;*)

Fig. 30. JUGLANS *antiquitatis*. n. (nucleus.)

In saxo arenaceo regionis Pedemontanæ La Morra dictæ.

Quamquam nucleus, in arenaceum duriusculum commutatus, haud multum differat illo JUGLANDIS *regiæ*, speciem attamen nostram diversissimam esse, ex nucis putamine probatur quo nuperrime potiti sumus, cujusque figuram infra dabimus.

a. Nucleus seorsim.
b. Idem cum saxo coalitus.

*VAGINELLA, Daudin. (*Mollusca. Pteropoda;*)?

Fig. 31. VAGINELLA *depressa* Daud.

Non raro invenitur in interioribus conchyliorum prope Burdigalam effossorum.

*CALYMMENE, Brongn. (Genus ex ordine *Trilobitarum*, ut vocatur, *Crustaceis affini*.)

Fig. 32. CALYMMENE *decipiens*. n.

Provenit ex Bohemia, schisto argillaceo nigro immersa.

Fossile hoc sub titulo Encrini, cujus faciem mentitur, in collectionibus vidimus: unde nomen speciei, quæ, etsi oculis prominentibus careat, Calymmenæ Brongniarti tamen potius quam Paradoxidi aut Ogygiæ ejusdem auctoris adnumeranda est.

*ECHINODISCUS, Leske. (*Echinodermata; pedicellata,*)

Fig. 33. ECHINODISCUS *subrotundus* Leske. (SCUTELLA *subrotunda* Lam.)

Ex calcario recentiore Melitæ insulæ.

*ECHINOSPATAGUS. (*Ejusd. ordinis.*)

Fig. 34. ECHINOSPATAGUS *prunella*. (SPATANGUS *prunella* Lam.)

Ex Monte S. Petri, ut supra ad fig. 10.

*ECHINUS, Leske. Lam. (*Ejusd. Ord.*)

Fig. 35. ECHINUS *Benettiæ*. n.

Hab. in arenario viridi prope Chute-Farm, in Comit. Wilton.

Non absimilis E. *excavato* Leskii, sed globosior, hæc species ex solertissima fossilium præcipue Wiltoniensium indagatrice nomen reperit.

Fig. 36. ECHINUS *nitidus*. n.

Ex calcario gryphitico (?) in comitatu Neocomensi, Helvetiæ.

Differt a speciebus cognatis forma depressa, ambulacris prominentioribus, basi concava.

*CARDIUM, Lam. (*Mollusca. Acephala: testacea; Cardia,*)

Fig. 37. CARDIUM *Burdigalinum* Lam.

Invenitur prope Burdigalam. An sequentis forte Varietas?

Fig. 38. CARDIUM *hians* Brocchi.

Ex valle Andona in territorio Astensi.

*SERPULA, Linn. (*Articulata. Annelides: tubicolæ;*)

Fig. 39. SERPULA *colon*. n.

Ex fodinis prope Aalen in Regno Wurtembergico, inclusa ferro argillaceo granoso formationis ferrugineo-arenosæ, cui calcarius Jurassicus Alpium Suevicarum superimpositus est.

Dissepimenta hujus speciei admodum convexa sunt.

Fig. 40. SERPULA *spinosa* Lam.

Ex Monte S. Petri, prope Trajectum ad Mosam. A nonnullis hoc fossile SILIQUARIÆ speciebus annumeratur.

*FISSURELLA, Lam. (*Mollusca. Gasteropoda: scutibranchia*:)

Fig. 41. FISSURELLA *græcula*. n.
Ex agro Taurinensi?—Proxime accedit ad F. *græcam* Linn., sed habitu differt.

Fig. 42. FISSURELLA *squamosa*. n.
Ex Italia. An F *labiatæ* Var. β Lam.?

*AVICULA, Brug. (*Mollusca. Acephala: testacea; Ostreæ*,)

Fig. 43. AVICULA *Melvilliana*. n.
Impressiones admodum distinctæ in ferro oxydato brunneo, lithantracis coniti; cujus exemplar ex insula maris arctici, Melville Island dicta, ad nos perlatum est ab Ill. G. E. Parry, Navarcho.

*TEREBRATULA (*Ordo* ut supra *13.).

Fig. 44. TEREBRATULA *aspera*. (TEREBRATULITES *asper* Schloth.)
Ex Eiffelia, ut supra ad fig. 13.

Fig. 45. TEREBRATULA *fragilis*. n.
Ex Italia septentrionali.
Differt a T. *Kleinii* Lam. eximia valvarum tenuitate.

Fig. 46. TEREBRATULA *helvetica*. (TEREBRATULITES *helveticus* Schloth.
Ex calcario transitionis Montis Rhauden, Helvetiæ.

*CONUS, Linn. (*Gasteropoda: pectinibranchia*;)

Fig. 47. CONUS *betulinoides* Lam.
Ex territorio Pedemontano.

*HELIX, Linn. Brug. (*Mollusca. Gasteropoda: pulmonea; terrestria*,)

Fig. 48. HELIX *galerus*. n.
A ceteris diversa hæc species; sed forte ad HELICINÆ genus referenda.

Fig. 49. HELIX *Desmarestina* Brongn.
Ex formatione flumentana prope Palaiseau.

Fig. 50. HELIX *Tristani* Brongn.
Ex calcario ejusdem formationis prope Aureliam.

Fig. 51. HELIX *Ramondi* Brongn.
Ex marga tufacea bitumine mixta, ad locum Pont-de-Chateau in Alvernia.

*CALYPTRÆA, Lam. (*Mollusca. Gasteropoda: scutibranchia*;)

Fig. 52. CALYPTRÆA *deformis* Lam.
Invenitur prope Burdigalam.

*ASAPHUS, Brongn. (*Ordo* ut supra *32.)

Fig. 53. ASAPHUS *Myops*. n.
Ex calcario transitionis prope Dudleiam, Com. Vigorn.

Hanc speciem cum A. *caudato* (Trilobo caudato Brunnichii) conjunxit Al. Brongniart, sed errasse nobis videtur vir celeberrimus; non modo enim exemplar speciei nostræ in Museo Britannico asservatum integerrimum est (nec cauda truncatum) sed oculi tuberculis sunt muniti in quincuncem nitide dispositis.

*SCYLLARUS? (*Crustacea: Decapoda; brachyura, Canceres*)

Fig. 54. CANCER (SCILLARUS?) *tuberculatus*. n.
Ex argilla cœrulescente insulæ Sheppey.
Tubercula in utroque thoracis latere duo.

*BULLA, Linn. Lam. (*Mollusca. Gasteropoda: tectibranchia*;)

Fig. 55. BULLA *truncatula* Brug.

Fig. 56. BULLA *acuminata* Brug.
Habitat, cum antecedente, in argilla agri Senensis.

*TROCHUS, Linn. Lam. (*Mollusca. Gasteropoda: pectinibranchia*;)

Fig. 57. TROCHUS *agglutinans* Lam.
Hab. in calcario cerithico et in argilla prope Grignon Galliæ, &c.

Fig. 58. TROCHUS *crispus*. n.
Cum præcedente, rarus. Distinguitur a ceteris basi reticulato-crispa.

Fig. 59. TROCHUS *infundibulum* Brocchi.
Ex agro Placentino.

*FLUSTRA, Linn. (*Zoophyta. Polypi: cellulati*)

Fig. 60. FLUSTRA *quadrata* Desm.

Fig. 61. FLUSTRA *utricularis* Desm.
Utraque species interdum invenitur instar crustæ fossilia cretacea obducens.

*CHÆTODON, Linn. Lacep. (*Vertebrata. Pisces: acanthopterygii; squamipennes*,)

Fig. 62. CHÆTODON *canus*. Volta.
Reperitur cum tribus sequentibus in calcario fissili Montis Bolcæ in Veronensium et Vicentinorum finibus.

Fig. 63. CHÆTODON *papilio*. Volta.

*ZEUS, Linn. (*Pisces: acanthopterygii; Scombri*.)

Fig. 64. ZEUS *Bolcanus*. n.
Pinna dorsalis in specimine nostro deperdita est.

*CENTRISCUS, Linn. (*Pisces: acanthopterygii*;)

Fig. 65 CENTRISCUS *longirostris* Blainv.
Parum differt a CENTRISCO *velitari*, Pallas.

*CREPIDULA, Lam. (*Mollusca. Gasteropoda: scutibranchia*;)

Fig. 66. CREPIDULA *Altavillensis* (Defr.?)
Hanc oculatissimus Georgius Sowerby (Gen. Conchyl. fascic. xij.) NERITINÆ quam CREPIDULÆ speciebus adjicere mavult.

Fig. 67. CREPIDULA *muricata*. n.
Ex Virginia; in marga tophacea (?)
Proxime accedit ad C. *aculeatam*, sed habitu differt.

*VIBURNUM Linn. (*Dicotyledones monopetalæ: Caprifolia*;)

Fig. 68. VIBURNUM *Œningense*. n.
In calcario fissili lapicidinarum Œningensium.

Neque floris neque foliorum habitus obstare videtur quo minus rarum hocce reliquium VIBURNI speciebus adnumerari possit; differre tamen videtur a V. *Opulo* Linnæi.

Monendum, figuram nostram in eodem plano simul cum foliis exhibere florem, qui revera, foliorum expers, in aversa speciminis facie collocatus est.

*BLUMENBACHIUM, nob. (*Polypi corticati*;)

Polyparium globosum, externe undique obsitum stellulis prominentibus subquadriradiatis sæpe confluentibus punctato-porosis; interne cavernosum, substantia fibroso-cellulosa.

Sit novo huic Zoophytorum generi nomen illustris Naturæ scrutatoris necnon de Geologia meritissimi, qui, jam quatuor et viginti abhiuc annis, stratorum diversitates dijudicandas esse docuit ex fossilibus quibus scatent organicis, utpote "fidissimis et dummodo caute et sobrie iis utamur, fallere nesciis documentis, quibus ingentium istarum conversionum quas planetes quem incolimus subiit et quibus mire turbatum quam hodie præ se fert faciem debet, non natura solum sed et successivus ordo et periodi declarantur." Videsis Blumenb. *Specimen Archæologiæ telluris*, &c. in Comment. Soc. Reg. Sc. Gotting. Vol. XIV.

Fig. 69. BLUMENBACHIUM *globosum*. n.
Ex calcario, ut videtur, transitionis.

Exemplaria duo in Mus. Britannico asservata indigena sunt; sed locum natalem nondum compertum habemus.

*TRIGONOTRETA, nob. (*Mollusca. Brachyopoda: Terebratulæ*,)

Testa inæquivalvis, plana aut lobata; valvarum altera superne producta in rostrum externe convexum, interne planum, perforatum, subtriangulare; cardo infra foramen, plerumque linearis, strictus.

Processus flexuosi aut varie spiræ in modum convoluti qui, diruptis horum conchyliorum testis, aliquando in conspectum cadunt, minus sunt idonei a quibus notæ genericæ depromantur; nihil enim illis inconstantius, nec forma magis varium. Quamobrem illud Terebratularum genus cui a Sowerbæo patre nomen SPIRIFERI inditum est, Trigonotretis nostris adnumerandum erit. In plerisque illius generis speciebus (v. g. in S. *resupinato*, *cuspidato*, *minimo*) corpus spiriforme omnino desideratur; nec desunt Terebratulæ (proprie sic dictæ) quæ hujusmodi appendicibus munitæ videntur. Neque multum discrepat a Trigonotretis aliud ejusdem auctoris genus nomine PENTAMERI insignitum, de quo tunc agemus cum ad illius specierum figuras pervenerimus.

Fig. 70. TRIGONOTRETA *Stokesii*. n.
Ex insula Van Diemen Novæ Hollandiæ. In transitionis (?) arenario.
A supra laudato Carolo Stokes nobiscum communicata.

Fig. 71. TRIGONOTRETA *speciosa*. (Terebratulites speciosus *Schloth.* excluso tamen, ut nobis videtur, synonymo *Leonh. Taschenb.* Vol. 7. t. 2. f. 9.)
Ex Eiffelia (ut supra ad fig. 13.).

*TEREBRATULA (*Ordo* ut supra *13.).

Fig. 72. TEREBRATULA *tetrahedra* Lam.
Ex formatione cretacea Campaniæ Gallicæ.
Differt a T. *tetrahedra* Sowerbæi forma, magnitudine, textura.

*TRIGONOSEMUS, nob. (*Mollusca. Brachyopoda, Terebratulæ*,) vid. obs. ad *13.

Testa inæquivalvis ovato-rotunda, valvarum altera superne producta in rostrum acuminatum s. truncatum apice perforatum, externe convexum, interne planum: facie plana signo subtriangulari aperturam clausam indicante notata.

Nomen generis ex rostri signo triangulari.

Fig. 73. TRIGONOSEMUS *elegans*. n.
Ex calcario transitionis Gothlandiæ?

Figg. exhibent, *a*. Testæ partem anteriorem.
b. Dorsum.
c. Latus sinistrum.
d. Valvæ minoris superficiem internam.
e. Majoris externam.

*TEREBRATULA (*Ordo* ut supra *13.).

Fig. 74. TEREBRATULA *curvata*. (Terebratulites curvatus *Schloth.*)
Ex Eiffelia ut supra ad fig. 13.

*TRIGONOSEMUS (*Ordo* ut supra *72.).

Fig. 75. TRIGONOSEMUS *rustica*. n.
Ex Italia.
a. Ab antica parte.
b. A latere visa.

Fig. 76. TRIGONOSEMUS *lyra*. n. (TEREBRATULA *lyra* Sb. nec Lamarckii.)
Ex arenario viridi prope Chute-Farm in Com. Wilton.

Fig. 77. TEREBRATULA *lyra* Lam.
Ex Normania.

Fig. 78. TEREBRATULA *gryphus*. (Terebratulites gryphus *Schloth.*)
Ex lapicidina in calcario transitionis prope Gladbach Eiffeliæ (ut supra ad fig. 13.).
Hæc atque antecedens species veræ sunt Terebratulæ, quamquam rostri elongatione ad aliquas Trigonosemi species accedere videntur.

*TERATICHTHYS, nob. (*Pisces*.)

Non suppetunt forte solius capitis reliquiæ ad determinandum ordinem in quem singularis hic piscis referendus erit; veruntamen, cum omnino sui generis esse videatur, TERATICHTHYOS nomen illi imposuimus ut exprimeremus insolentem faciei aspectum. Hujus vero ossa haud absimilia sunt illis quæ in faciebus piscium quorundam ad ordinem Acanthopterygiorum pertinentium observantur; quinimo ex vertebrarum cervicis insertione conjecturam facere poteris, spinam fuisse incurvam ideoque piscis formam plus minus orbicularem; haud aliter ac in speciebus PLATACIS Cuverii.

Fig. 79. et 79*. TERATICHTHYS *antiquitatis*. n.
Ex insula Sheppey.

In collectione D. Archibaldi Robertson, chirurgi apud Sheernessenses experientissimi.
Fig. altera caput exhibet a latere, altera a parte anteriore visum.

*PHARETRIUM, nob.—ΦΑΡΕΤΡΙΟΝ. (*Mollusca. Pteropoda?*)

Corpus testaceum conflatum ex vaginis duabus conicis, altera externa, altera interna apice perforata, versus oris marginem coalitis.

Fig. 80. PHARETRIUM *fragile*. n.
Hab. in calcario Montis S. Petri prope Trajectum ad Mosam.

Vagina interior apice semper perforata est; exterior vero, cujus summitatem nonnisi infractam vidimus, apertane an clausa sit, non constat. Corpora hæc anomala mollusci cujusdam ignoti domicilium fuisse, nulli dubitamus.

*SPONGUS, nob.—ΣΠΟΓΓΟΣ. (*Polypi. Ordo incertus*)

Corpus multiforme, sæpius calyculato-patulum, infundibuliforme, tuberosum, aut cylindricum, canaliculatum; textura (antiquitus) spongioso-floccosa, superficie hinc inde pertusa, aut tuberculato-osculifera, epidermide tenui tecta.

SPONGIIS nimis forsan vicini sunt SPONGI: id tamen differre videntur quod textura specierum fossilium, antequam in statum lapideum abierint, illa spongiarum recentium longe laxior fuerit; ut taceamus formam magis regularem et epidermidis fugacis vestigia satis distincta. A quibusdam scriptoribus fossilia huc pertinentia, cum aliis multis, in Alcyonii genus compinguntur: sed veri Alcyonii notas in statu lapideo quotusquisque potest discernere?

Fig. 81. SPONGUS *coarctatus*. n.
Hab. in calcario transitionis Montis Rhauden, in Helvetia.

Fig. 82. SPONGUS *botryoides*. n.
Invenitur cum antecedente.

Fig. 83. SPONGUS *lucerna*. n.

Fig. 84. SPONGUS *tuber*. n.
Habitant ambo in ejusdem Montis calcario, in ferrum oxydatum brunneum conversi. An alter alterius varietas?

*HOMALONOTUS, nob. (*Ex crustaceorum ordine cui nomen* TRILOBITÆ.)

Testa ovata (?) acuminata: pars anterior sive caput —— ——?; corpus multiarticulatum, dorso plano (nec trilobo); pars posterior s. cauda simplex, acuminata, parva.
Nominis occasionem præbuit planities dorsi.

Fig. 85. HOMALONOTUS *Knightii*. n.
Exemplar hoc unicum insidens lapidis calcarii fragmini, in Herefordiæ comitatu non vero in situ, ut aiunt, reperto, pro humanitate sua ad nos transmisit vir ornatissimus Andreas Knight, Mus. Britan. Curat. et Soc. Hortor. Colendor. Præses.

*FISSURELLA (vide supra *41.).

Fig. 86. FISSURELLA *Soldani*. n.
Hab. ad Coroncinam, in territorio Senensi.

*PILOPSIS (PILEOPSIS, Lam.) (*Mollusca. Gasteropoda: scutibranchia;*)

Fig. 87. PILOPSIS *sinuosa*. (PATELLA *sinuosa* Brocchi.)
Ex agro Placentino.

Fig. 88. PILOPSIS *spirata*.
Prope Grignon reperiunda.—An eadem ac P. *spirirostris* Lam.?

*OSTREA (*Ordo* ut supra *10.).

Fig. 89. OSTREA *Mosæ*. n.
In calcario Montis S. Petri propter Trajectum ad Mosam; admodum rara.
a. Valvæ conjunctim exhibitæ.
b. Valva major concava.
c. Valva minor plana cum impressione musculari.

Fig. 90. OSTREA *cymbula* Lam.
Hordwell, in Com. Hanton.
An O. *flabellulæ* Lam. Var.?

Fig. 91. *—— *Cranium in Insula Sheppey effossum.*

In varias abiere sententias qui cranium hic delineatum examini subjecerunt viri osteologiæ comparatæ intelligentes; prævalebat vero opinio aliquam illi affinitatem esse cum craniis animalium ad Lacertarum ordinem pertinentium. Nobis quidem sufficiebat generi tam distincto neque ab ullo, quantum novimus, descripto, clarum indidisse nomen Bucklandi nostri; quo forte appellari et posthac poterit, quamquam, proximis his diebus, manifeste in memorabili hoc specimine cranium Avis ex *Palmipedum* ordine agnoverimus, de quo alio loco fusius dicemus.

*ERYON, Desm. (*Crustacea: decapoda; macroura,*)

Fig. 92. ERYON *Cuvieri* Desm.
In calcario fissili Solenhofeno, et Pappenheimensi.

Fig. 93. ERYON *Schlothemii*. n.
Hab. cum antecedente.

*TURRITELLA, Lam. (*Mollusca. Gasteropoda: pectinibranchia; Turbines,*)

Fig. 94. TURRITELLA *tornata*. (TURBO *tornatus* Brocchi.)
Ex territorio Placentino.

Fig. 95. TURRITELLA *lævis*. n.
Ex Hispania.

Fig. 96. TURRITELLA *varicosa*. (TURBO *varicosus* Brocchi.)
Ex territorio Senensi (Monterigioni).

*ENCRINUS, Auctor. (*Ordo*, ut supra *29.).

Fig. 97. ENCRINUS *Townsendi*. n.
Specimen, ex Hispania allatum a Rev. Josepho Townsend, asservatur in Museo Britannico.
Nova hæc species, articulis brachiorum angulatis et maximis distinctissima, desideratur in opere egregio cui titulus "Natural History of the Crinoidea" a Joh. Sam. Millero, indefessæ observationis viro, nuper evulgato.

*OCELLARIA, Ramond. Lamarck. (*Zoophyta.*)


Fig. 98. OCELLARIA *nuda* Ram.
Hab. in calcario Pyrenæorum jugi, cui nomen Mont Perdu.

Fig. 99. OCELLARIA *inclusa* Ram.
Hanc pyromacho inclusam reperit D. Ramond in provincia quadam Belgica.
Fossilia hisce simillima in Angliæ cretaceis abundant; genera vero quibus a nostratibus adnumerantur non minus vaga et instabilia nobis videntur ac illud Ocellariæ a Ramondo institutum.


*ECHINUS (*Ordo* ut supra *33.).

Fig. 100. ECHINUS *areolatus* Wahlenb.
Invenitur passim in strato calcario ad Bahlsberg Scaniæ.

Fig. 100*. ECHINUS hic, ex arena viridi Wiltoniæ, qui antea nomen E. *Leucorhodii* ferebat, nil nisi præcedentis varietas esse videtur.



1. Lucophthalmus Strang[illegible]
2. Lucina concentrica
3. Hydnophora Cuveri
4. [illegible]erebra scalarina
5. Terebra plicatula
6. Aspidiscus Shawii
7. Arca diluvii
8. Ranina Aldrovandi
9. Conus antediluvianus
10. Ostrea angustivalvis
11. Hydnophora Mollii
12. ——— Esperi
13. [illegible]
14. Fusus [illegible]
15. Ranina [illegible]
16. Fusus deformis




17. Libellula Oeningensis.
18. Arca biangula.
19. Modiola subcarinata.
20. Pagurus Faujasii
21. Cypræa tumidula
22. ——— Porcellus
23 Phaëthusa lachrymabunda.
24. Ixa tuberculata
25 Portunus Hericartii
26. Ophiura Libanotica
27. Euryale Baieri.
28. Limulus Walchii.


Pes Angl

Magn. nat


29.




29. *Pentacrinus Hiemeri.*
30. *Juglans antiquitatis*
31. *Vaginella depressa.*
32. *Calymene decipiens.*
33. *Echinodiscus subrotundus.*
34. *Echinospatagus Prunella.*
35. *Echinus Brunnia.*
36. ______ *nitidus.*
37. *Cardium Burdigalinum.*




38. *Cardium hians.*
39. *Serpula Colon.*
40. ——— *spinosa.*
41. *Fissurella graecula.*
42. *Fissurella squamosa.*
43. *Avicula Melvilliana.*
44. *Terebratula aspera.*
45. ——— *fragilis.*
46. *Terebratula Helvetica.*
47. *Conus betulinoides.*
48. *Helix Galerus.*
49. ——— *Desmarestina*
50. *Helix Tristani.*
51. ——— *Ramondi.*
52. *Calyptraea deformis.*
53. *Asaphus Myops.*
54. *Cancer (Scyllarus?) tuberculatus.*




55. *Bulla truncatula*
56. ——— *acuminata.*
57. *Trochus agglutinans*
58. ——— *crispus.*
59. ——— *infundibulum.*
60. *Flustra quadrata.*
61. ——— *utriculosa.*
62. *Chaetodon aureus*
63. ——— *papilio*
64. *Zeus Bolcanus*
65. *Centriscus longirostris*
66. *Crassatella Altavillensis.*
67. ——— *muricata.*
68. *Viburnum? Oeningense*
69. *Blumenbachium globosum*




70 *Trigonotreta stokesii*
71. ——— *speciosa*
72 *Terebratula tetrahedra*
73 *Trigonosemus elegans*
74 *Terebratula curvata*
75 *Trigonosemus rustica*
76 *Trigonosemus lyra*
77 *Terebratula lyra*
78 ——— *gryphus*
79 *Teratichthys antiquitatis*



79*. *Teratichthys antiquitatis*	83. *Spongus Cervus*	87 *Pileosis sinuosa*
80 *Pharetrum fragile*	84. *tuber*	88 *spirata*
81 *Spongus coarctatus*	85. *Homalonotus Knightii*	89 *Ostrea Mosa*
82 *botryoides*	86. *Fissurella Solarii*	90 *cymbula*



91 *Bucklandium diluvii*
92 *Eryon Cuvieri*
93 — *Schlotheimii*
94 *Turritella ternata.*
95 — *lævis*
96 — *varicosa*
97 *Encrinus Townsendi*
98 *Ocellaria nuda*
99 — *inclusa*
100 *Echinus areolatus* 100* *Ejusd. Varietas*



101 *Melanopsis costata* — 105 *Melanopsis Bouei* — 109 *Pinus Cortesii* — 113 *Fusus rugosus*


102 *Paphnes* — 106 *Terebratula Vespertilio* — 110 *Defrancii* — 114 [illegible]

103 *nodosa* — 107 *Turbo alatus* — 111 *Aubra* — 115 *Juglans* [illegible]


104 *Martiniana* — 108 [illegible] — 112 *Asteria* [illegible] — 116 [illegible]

117 *Turbinolia sinuosa*


BRITISH MUSEUM
Z D








[illegible]

118 Fucus quadricostatus
119 120 Agnostus sp. 2 vel 3
121 Isoteles gigas

122 [illegible]
123 [illegible]
124 [illegible]

[illegible]
126 [illegible]
127 [illegible]


BRITISH MUSEUM
Z D
NATURAL HISTORY




128 *Cenocrinus ? Milleri*
129 *Pomatocrinus Jaegeri*
130 *Symphytocrinus florifer*
131 ——— — — *pulchellus*


132 . *Symphytocrinus Caryophyllum*
133 *minutus*
134 ——————— ? *mespiliformis*
135 *Isis Sicula*

136 *Pecten versicostatus*
137 *nitidus*
138 *Turbinolia pellata*
139 *Flustra bosttoni*






140. Lepidosteus? dentosus — 141 Perna maxillaris — 142. Perna elephantina — 143. suevica — 144. Serpula granifera — 145. mutabilis — 146. Cancellaria calcarata — 147. Equisetum brachyodon — 148. Bonksia Bohemica — 149. Sphenophyllum emarginatum




150 *Asaphus crassicauda*
151 *Catenaria escharoides*
152 *tubulosa*
153 *Polystomus axillaris*
162 *Sagenaria Martini*

154 *Rhodocrinus? Gothlandicus*
155 *Calyptraea grandis*
156 *Trigon costatus*
157 *Pecten orbicularis*
163 *Lepidodendrum quadrangulare*


158 *Scalaria pseudoscalaris*
159 *retusa*
160 *Lunula radiata*
161 *areolata*



164 *Lepidodendron aquense*
165 *Sigillaria affinis*
166 " *alveolaris*
167 *Echinodiscus rosaceus*
168 *Echinospatagus subglob*[illegible]
169 " *Murchisoni*
170 [illegible] *oculatus*
171 " *pelliformis*
172 *Cerithium varicosum*
173 " *Cavallii*
174 *Fungia crenulata*
175 *Fungia cypriata*
176 *Ostrea* [illegible]
177 [illegible]
178 *Spiropora* [illegible]
179 [illegible]




180 Pteris? dubia
181. Cabomba Oeningensis
182. Sigillaria Rhodeana
183 Sigillaria trigona
184 " elegans
185 " lentigera
186. Osmunda smilacifolia
187. [illegible] caryophyllata
188 Murex heptagonus
189 Murex horridus
190. Amphierstus [illegible]apicus



Printed by Engelmann, Graf, Coindet & Co.

191. Symphytocrinus baccula
192. Testudo plana
193. Larus Toliapicus
194. Lepidodendron discophorum
195. serpentigerum
196. caelatum
197. Trigastris antiqua
198. Bambusoides abnormis
199. Asplenoides obtusum
200. Conophoroides anthemis

Pl. XVII.




201 *Sepia prisca*
202 *Loligo longævus*
203 " *affinis*
204 *Microselena porosa*

205 *Pertentum rectum*
206 " *obliquum*
207 *Symphytocrinus Tiara*
208 *Cassis Cythara*


209 *Cassis nodosa*
210 *Trochus patulus*
211 *Fucoides strictus*
212 " *ambiguus*

213 *Actinocamax verus*
214 " *simplex*
215 *Belemnites dilatatus*
216 " *pustulatus*


BRITISH MUSEUM



217. Belemnum Dactylus
218. Paxillus belemnoideus
219. Terebratula aspera
220. .... papilio.
221. Poten Mosæ
222. .... arcuatus
223. Donax. Donnii
224. Cypræa Bariconensis
225. Balanus porosus.
226 .... crispatus
227. .... circularis
228. .... stellaris
229. Astacus longimanus.
230 Belinurus bellulus
231 Homalonotus? paradoxus
232. Chelone antiqua.
233 Crednia dubia.
234. Lepidodendron lepidum
235. .... exsculptum
236. .... Veltheimianum



237. *Pinus vetusta*
238. ..... *ornata*
239. *Fungia hemisphaerica*
240. *Fungia pumilio*
241 ...... *umbilicata*
242. ...... *rotula*
249 *Helicoceras elegans*
243. *Fungia scyphon*
244. *Cyclolithus umbilicatus*
245. *Turbinolia incisa.*
250. *Ichthyosaurus latifrons*
246. *Millepora dumetosa.*
247. *Spongus jamaicensis*
248. *Echinocorys tessellata*